

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9. De causa indulgentiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

nem sine sacramento applicatam, insertur, q̄ hu-
iūmodi pena poneat a Petro solui non solum per sa-
cramentum, sed et per alienam satisfactionem si-
ne sacramento applicatā. Per hoc est saluatur ratio
cōis de potestate praeſidentis ecclesiae, qm̄ vera eſt
respectiue intellecta, hoc eſt, quod bona cōicabili-
tate per sacramenta ſolum, poteſt per sacramenta
cōicare: bona autem cōicabiliā etiam aliter, quām
per sacramenta cōicare. Illud vero, quod glosſan-
do, ſeu rindendo dī, ea que ſpectant ad remiſſio-
nem peccatorū commiſta eſt prælatis ecclesiae me-
diantib. ſolummodo sacramentis. Verū eſt de ſpecta-
tib. ad remiſſionē peccatorū ſimpliſter, nō aut de
hiſ, q̄ ſpectant ad remiſſionē peccatorū ſimiliter, B
de quorū numero eſt remiſſio penā temporalis
pro auctuali peccato debita: preſupponit enim pec-
catum ſimpliſter remiſſum; & p'm minimū quid
tantum, puta temporalē penā remittendum.

Et per hoc patet ſolutio principalis argumenti.
Nam ſine ſacramento confeſſe ſacramenti effectū
ſimpliſter, ſeu totalem, ſpectat ad claves excellen-
tia: confeſſe aut ſine ſacramento id, quod parti-
liter poteſt eſſe effectus ſacramenti, poteſt pertine-
re ad claves ministerij. Sic autem eſt in proposito
qm̄ remiſſio penā temporalis pro auctuali peccato
debita, nullus ſacramenti eſt ſimpliſter, ſeu tota-
lis effectus, liceat ſit partialis Baptiſmi effectus, &
poſſit eſſe partialis aliorum ſacramentorum effectus,
& poſſit etiam ſine ſacramento effici, & ſine
actu clavium. Quia conſtat, q̄ poteſt, vel per pro-
prios actus penitentis, vel per amicorum ſatiſfa-
ciendum pro eo actus fieri, vt patet quum aliquis
moſtificat ſeipſum iejunando, peregrinando, &c.
pro peccatis ſuis, vel amicus ſimiliter facit, vt pro
amicō ſatiſfaciat.

TRACTATVS NONVS.

Decaſta indulgentiarum in duas qua-
ſtiones diuiſus.

S V M M A R I V M .

1 Num neceſſaria ſit aliqua rationabilis cauſa indulgen-
tiarum.

2 Num cauſa in bulla indulgentiarum expreſſa ex hoc ip-
ſo ſtrationabilis.

Q V A E S T I O N I .

Vtrum neceſſario requiritur rationabilis cauſa
indulgentiarum.

TRACTA cauſam indulgentiarum dubitum
duplex occurrit, prium, an neceſſario
requiratur cauſa rationabilis: ſecundum,
an cauſa expreſſa in bulla, ex hoc ipſo, q̄
eſt expreſſa, ſit rationabilis.

Circa priuatum, videatur pars negativa vera, quo-
niam indulgentia indiscreta, liceat peccet conce-
iens, ſunt efficaces. Dicuntur autem indulgen-
tiae indiscretae, que ex cauſa non rationabili pro-
cedunt.

Præterea dispensatio ministeriorum Dei in ec-
clesia præſenti, eſt valida etiam ſine cauſa rationabili
facta: ergo dispensatio indulgentiarum etiam ſine
cauſa rationabili facta, debet eſſe valida. Ante-
cedens patet in promotione indignorum: ſi enim

A indigni aliqui promoueantur ad episcopatu, prio-
ratum, Abbatiam, &c. quāuis promotor pcfime
diſpenset huiusmodi minifteria, facta tamē tenēt.
Consequentiā vero probatur, quia ſicut credita eſt
Papa diſpenſatio indulgentiarum, ita & diſpenſa-
tio minifteriorum Dei: iuxta illud, Sic nos exiſti-
met homo, vt ministros Christi, & diſpensatores
minifteriorum Dei.

In oppofitum autem eſt, quod indiscreta indul-
gentia enuerant ſatisfactionem poenitentiale, vt
dicitur extra de poeniten. & remiſ. capit. quum ex
eo, non enuerant autem, ſi eſſent valide, ſed ſup-
plerent, adimplicentes in veritate, quod per ſatiſ-
tationem poenitentiale agendum erat.

In hac quaſtione aliiquid ſupponitur, & aliiquid
quaeritur ſupponitur enim cum doctriña com-
mu ni, quod unum requisitorum neceſſario ad effica-
ciam indulgentie, eſt cauſa rationabilis. Quod eſt
manifestatur, ex eo, quod ſi daretur indulgentia
ob cauſam prophanam (puta pro eundo ad thea-
trum) conſtat, quod indulgentia eſſet nulla. Hoc
autem ſuppoſito in quaſtione vertitur, an quē
admodum at collationem indulgentie requiriunt
rationabilis cauſa, ita neceſſario, quod ſine illa in-
duļgentia non eſt valida ita ad efficiāciam tantæ
indulgentie (puta centum, vel mille annorum, &c.)
exigatur ſimiſi necessitate rationabilis cauſa tanta
quantitatib. indulgentie, ita quod ſine huiusmodi
rationabili cauſa tanta quantitas indulgentie eſt
inauidala.

Ex communib. autem applicatis ad hoc, non
eſt diſſiſile concludere partem affirmatiuam ve-
ram, ſcilicet ad efficiāciam tantæ indulgentie exi-
gitur rationabilis cauſa quantitatib. indulgentie,
ita quod ſine illa non eſt valida. Nam ſi, ut iuppo-
nitur, & communiter confitemur, rationabilis
cauſa eſt ſic neceſſaria ad indulgentiam, neceſſario
ſequitur, quod ad tantam indulgentiam eſt eiam
ſic neceſſaria rationabilis cauſa iuuſus quantitatib. Et
probatur ſequela induſtrie.

Verum ad minus communia deſcendendo eō
ſiderandum eſt, quod licet potefas papæ ſuper co-
munia ecclesiæ bona tam ſpiritualia, quam corpora-
lia ſit diſpenſatiua: iuxta illud Apoſtoli, Diſpenſa-
tio mihi credita eſt, res tamen ſupieſta huius-
modi potefati, diuerſimode illi ſubdantur, & di-
uerſimode ab illa attinguntur. Et quantū ad pro-
pofitum ſpectat, diſtinguenda ſunt in duo genera,
ſcilicet validorum ex ſolo imperio, vel non valido-
rum ex ſolo imperio, ſunt enim quādam in Dei
ecclesia, que quamuis ad hoc, quod recte fiant, vi-
tra pontificis imperium exigant rectam regulam
voluntatis imperantis; ſi tamen abſque recta regu-
la ſolo pont. imperio fiant, valida ſunt, de quib. u-
ra dicunt, quod multa fieri prohibentur, quæ tñ fa-
cta tenent. De quorū numero ſunt diſtributio-
nes benefiſiorum, diſpenſationes matrimoniorū
in caſib. diſpenſabilib. & ſimilia. Secundum autē ge-
nus: in ualidorum, ex ſolo imperio, adhuc ſubdi-
ſtinguitur: nam quāda in ualida ex ſolo imperio,
attingi cum hoc poſſunt à pontifice verba, & ope-
re per viam facti: quāda vero ſunt in ualida ex ſolo
imperio, quæ cum hoc per viam facti attingi non
poſſunt opere, ſed verbo tñ. In primo mēbro hu-
iū ſubdiſtinctioſis continetur dilapidatio bonorū
ecclesiae, ſi em̄ pontifex pro ſuo libito ecclesia ter-
ras, &c. donaret, donatio eſſet in ualida: qm̄ ipſe nō
eſt dñs bonorum ecclesiae: & ſi facto, & bullis po-
neret eos, quib. donauit in poſſessionem, non pro-

Opus Caic. H 2 pterea

T O M I I . T R A C T . I X .

pteret trāsferret dñm rērū illarū in illos. In secundo autem membro continetur dispensatio votorum: si enim votum castitatis solo imperio à Papa dispensetur, constat dispensationem esse nullā, & circa vōi vinculum: propterea per viam facti nullum actum pontifex haberet nisi verborum: exceptio enim cuiuscunq; operis Pontificij ex solo imperio emanans, non attingit aliquid circa votivulum. Tribus igitur existentib; generibus rerum subiectarum dispensatiuae potestatē pōtificis, facile patere potest, quod primum genus dupliciter à potestate pontificia attingitur, scilicet dispensatione regulata, & dispensatione non regulata. Secundum autem à potestate quidem pontificia vni modo attingitur, scilicet dispensatione, hoc est rationabili operatione: sed ab ipso Pontifice aliter de facto attingitur, puta dissipatione, dilapidatione, &c. Tertium vero sola dispensatione: id est rationabili operatione (secundus verbis, sicut & in secundo) attingi potest tam à potestate pontificia, quam ipso pontifice. In quo autem horum generum indulgentiae continetur, facile est discernere. Quod enim non sint sub primo genere (quae sunt valida ex solo imperio) ex eo patet, quod papa non potest dare indulgentias, hac sola ratione, quia vult, & si pro solo libito darecur indulgentia, non esset valida, vt ex cōmuni doctrina supponimus, & aliqualiter probatum est. Et iterum probatur, ex hoc, quod communia ecclesiae bona temporalia non potest pontifex donare donatione valida, ex solo, quia vult: non minus enim pretiosa ac clara ecclesiæ sunt bona communia spiritualia, quam temporalia, & propriei si illorum donatio ex solo imperio est inualida, multo magis inualida erit horum effusio ex solo imperio. Nec soluitur haec ratio, dicendo, quod donatio temporalium est cū damno ecclesiæ: nam habere damnum annexā, vel carere anno danno, per accidentem, se habet ad potestatem dispensatiuam, vt patet ex hoc, q̄ etiam in quibusdam habentib; annexum damnum ecclesiæ, donatio ex solo imperio est valida, vt attestatur distributio prælationum. Vnde non penes dñnum, vel non damnum attenditur vis potestatis dispensatiuæ.

Quia igitur communia ecclesiae bona ex quibus efficaces sunt indulgentiae, non continentur sub primo genere, & à secundo genere ex hoc distant, quod per viam facti nullum operis solius verbū actum papa habere potest circa illa (non enim potest transferre possessorum de facto horum bonorum, sicut potest respectu temporalium) restat, vt sub tertio genere thesaurus continetur indulgentiarum. Ex quibus potest formari talis ratio. Thesaurus indulgentiarum non potest veraciter attingi à potestate pontificia, nisi actu vera dispensationis: ergo tam indulgentia, data sine causa rationabili tantæ indulgentie est inualida. Antecedens probatum est, & supponitur secundum communem doctrinam. Consequentia vero quo ad secundam partem probatur: tum quia eiusdem rationis est actus dans indulgentia, & dans indulgentiam tantam: ac per hoc si solus actus verae dispensationis potest attingere thelaurum indulgentiae, solus erit vera dispensationis actus poterit attingere thesaurum tantæ indulgentiae: tum quia si quantitas indulgentie attingitur aliter, quam per veram dispensationem, oportet alium actum fingere, puta actum imperij seu liberæ donationis respectu talis quantitatis, & tunc

F aut iste actus attingit thesaurum via facti, aut via iuris: non via facti, quia ad istum thesaurum nullus est humanus accessus per viam facti, nec via iuris, quia de iure sola dispensatio credita est papæ. Sicut sunt ergo inualida indulgentiae, quæ ex causa rationabili non sunt, ita non est valida tanta indulgentia, puta mille annorum, nisi fiat ex causa rationabili tantæ quantitatis: scilicet mille annorum.

Ad primum autem in oppositum dicitur, quod sententia illa, scilicet indulgentiae indiscretæ sunt validæ, verificatur de indiscretis quo ad euentum non autem de indiscretis quo ad causam. Sunt enim indulgentiae indiscretæ ratione euentus, quando indulgentiae alias bene concessæ pariunt propter earum multitudinem quasi contemptum, aut ipsarum, aut satisfactionum penitentialium, & tales sunt validæ. Sed si sunt indiscretæ, quia carent rationabili causa, aut omnino, aut quo ad tantam quantitatem, sunt inualida.

Ad secundum iam patet responsio ex dictis: nā ministeria sunt in alio genere dispensabilium, & indulgentiae sunt in alio dispensabilium genere: illorum enim efficacia ex solo pendet imperio, horū aut efficacia absque vera dispensatione esse nequit. Et propter ea non est similis ratio.

Q V A E S T I O I I .

An ex hoc ipso, quod in bulla ex primis aliud pro causa indulgentie sit rationabilis causa tantæ indulgentie.

C irca secundum de causa rationabili indulgentiarum quæsumus (an ex hoc ipso, quod in bulla exprimitur aliud pro causa indulgentiae, sit rationabilis causa tantæ indulgentiae) pro parte affirmativa occurrit multiplex argumentum. Primo, quia alter predicatio, ecclesiæ estet falsa. Secundo, quia doctrina Roma. ecclesiæ periclitaretur. Tertio, quia non esset vniuersaliter vera illa cōmuni sententia, indulgentiae tantum valent quantum sonant. Quarto, quia alter deciperetur populus ab ecclesiæ: audiens tantam indulgentiam pro tali opere, & exequens illud, vt habeat indulgentia, & tamen non acquireret illam in veritate.

Quæstio hec non est mota propter difficultatem, quam in scipia habeat, sed ad excitandos illos, qui sciunt in vniuersali, & deficiunt in singulare, unde distinguendo de rationabili presumpto, vel vero duo dicenda sunt,

Primum, Causa indulgentie expressa in bulla nisi manifestus sit error, est semper rationabilis, loquendo de rationabili presumpto: nam sicut sententia à iudice lata, nisi errorem contineat manifestum, presumitur iusta: ita causa à principe expressa in dispensationib; presumitur rationabilis, nisi, vt dictum est, error sit manifestus.

Secundum est, Causam indulgentie tantæ expressam in bulla, non oportet esse rōnabilem in veritate. Et ratio in promptu est multiplex: tum, quia papa potest in istis errare, quum non sit hec sententia judicialis de his, quæ sunt fidei. Vbi scito, q̄ plie accessus ad indulgentias, & earum suscepio in quādam Christianæ fidei professio, fides tñ Christiana eo modo, quo est de indulgentiis, non est de hac, vel illa indulgentia. Sed sicut fides nostra circa Eucharistia sacramentum est, q̄ sub hostia rite consecrata continetur corpus Christi, non autem est, quod ista hostia sit rite consecrata, neque est, quod sub hac hostia, quæ proponitur adoranda, continetur.

netur corpus Christi (quoniam utrumque eorum potest esse falsum: fidei autem Christianae non potest subesse falsum) ita circa indulgentias non curando pro nunc quomodo spectent ad fidem, fides nostra est, quod indulgentiae rite datae sunt validae, & non spectat ad fidem, an ista indulgentia sit rite data, an ista causa eius sit rationabilis, an ista indulgentia sit valida. Et simile est de aliis singularibus: quoniam haec omnia possunt esse falsa, & propterea non spectant ad fidem nostram, sed ad humanam opinionem, seu credulitatem, que est de his singularibus, & potest falli. Et propterea accessus ad indulgentias, in cōi quidem est quedam fidei profectio: sed accessus ad istam indulgentiam, procedit ex fide tanquam ex causa remota, & humana credulitate huius indulgentiae, huius causae, & huiusmodi tanquam ex causa proxima. Et effētus sequitur conditionem causae proximae: sicut conclusio minorem, seu deteriorem praemissam: ideo potest concursus iste falli ab aliquo Christianae fidei detimento. Tum, quia non solum potest papa errare in hīc, sed et facile potest errare, sicut & in aliis similibus actib. Dare siquidem indulgentias, consistit in actibus absolutionis, & dispensationis: absolvunt enim per eas poenitentes ab iniunctis poenitentiis, & dispensatur thesaurus meritorum Christi, & sanctorum: sed tam in actu absolutionis, quam in actu dispensationis facile committit error, etiam ex proposito, vt patet in dispensatione votorū, & in dispensatione bonorū temporalium ecclesiæ, & ministeriorum ecclesiasticorum, & in absolutionibus a censuris, & iuramentis in prejudicium aliorum, & ergo in hoc quoque singulari facto quo dat indulgentiam, seu exprimit talen causa pro tanta indulgentia, errare facile potest. Nec est recurrendum ad Spiritus sancti afflitionem, & proprieam pie deberet eredi, quod non potest papa in istis errare. Nā in maiori causa permisit Spiritus sanctus Rom. pont. errare. Si in causa spectante ad sacramentum matrimonii: in qua (vt habetur extra, de sponsa duorum in clericis) Alexander 4. dicit, quamvis altera quibusdam predecessoribus nostris sit aliquando iudicatum, quod longe plus est, quam dare indulgentiam iudicretam ex causa tum quia era causa sacramentalis: tum quia iudiciale alterum est indulgentiae autem possunt dari passim sine consilio & sine meditatione ac per hoc sine discretione. Quamuis igitur non spectet ad subditos, discutere, & iudicare de pontificis indulgentiis, aut causa tantum meritis: dubium tamen non est posse etiam per papam dñi indulgentias indiscretas, & quo ad causam, & quo ad cumentum.

Ad primum ergo in oppositum dicitur, quod predicatorum ecclesiæ quo ad indulgentias, tripliciter se habet. Primo narrative: prout scilicet narrat contenta in bulla, & hic nulla est falsitas, quoniam narratio est. Secundo doctrinaliter: & hic subdivisatur. Vel docendo doctrinam fidei, & sic est nullum est periculum talis statim quoniam sicut fides non se extendit ad istam indulgentiam aut istam causam illius indulgentie, ita nec doctrina ecclesiæ extendit se ad haec singularia. Vel docendo opiniones doctorum, & sic potest praedicare falsa, si opinio predicata est falsa, & proprieam ad preservandam predicationem ab humanae falsitate, debent predicatorum aut opinatiue, aut recitatiue opiniones praedicare.

Ad secundum dicitur, quod aliud est loqui de doctrina Romanæ ecclesiæ, seu Romani pontificis,

A & aliud est loqui de operibus eiusdem. Docuerūt siquidem Romani pontifices multi indulgentias ex causis rationabilibus: in qua doctrina continetur, quod etiam tanta indulgentia debet procedere ex causa rationabili tantum quantitatis, ut superius deducetur est. Factum autem, quod in bullis indulgentiarum continetur, si quandoque periclitaretur, non propterea Romanæ ecclesiæ doctrina periclitaretur.

B Ad tertium dicitur dupliciter. Primo, quod illa sententia communis intelligitur negatiue, hoc est non plus valent quam sonat, diuulgata enim in sententia illa ad excludendas extensiones indulgentiarum ad ea, quae sub earum tenore non continentur. Secundo dicitur, quod vera est de indulgentiis discreta: non autem de indiscretis quo ad causam. Propter & tertio dici, quod vera est in foro exteriori: quo statutus presumptiobus iuriis.

Ad quartum dicitur, quod populus potest quidem decipi in huiusmodi: sed non decipiunt ab ecclesia: sicut etiam potest decipi adorando hostianam propositorum a sacerdote in missa. Si continget autem huiusmodi populum falli, falleretur aut a propria credulitate, aut ab humanis opinioribus, aut ab indiscreto facto dantis indulgentiam, vel ab omnibus simul, & non ab ecclesia ad cuius doctrinam non spectant haec singularia, sicut nec ad eius fidem.

TRACTATVS DECIMVS.

C De suscipientibus indulgentias, in duas quæstiones diuinas.

- S V M M A R I T V M.**
- 1 Num præter gratiam ex parte suscipientis necessaria sit aliqua dispositio.
 - 2 Num tempore, quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem esse in gratia.

Q V A E S T I O I.

D An præter gratiam requiratur ex parte suscipientis indulgentias, aliqua alia dispositio?

E **G**REA Suscipientes indulgentias, dubium duplex occurrit. Primum, an præter gratiam requiratur ex parte suscipientis aliqua alia dispositio. Secundum est, an tempore quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem esse in gratia.

Et in primo quidem dubio pro parte negativa est authoritas doctrinae communis tenetis ad indulgentiam sufficere tria: authoritatem in dante, gratiam in suscipiente, pietatem in causa.

In oppositum est, quod ad plenariam remissionem penae per viam sacramenti penitentie, non sufficit gratia ex parte suscipientis: ergo nec ad plenariam hinc remissionem per viam indulgentiae sufficit gratia ex parte suscipientis. Antecedens est clarus, alioquin quilibet confessus in gratia, consequeretur plenariam remissionem penitentie. Cölestantia vero pronatur: tum, quia sacramentum est potius, quam indulgentia, & distributio thesauri per sacramentum est longe liberalior, quam quilibet Pontifex: quoniam liberalitas divina in infinitum excedit liberalitatem humanam.

In hac quæstione, quia difficile admittitur oppositum corum, que consuevamus censem, desidero

Opus. Caic. H 3 dero